



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 52. Varia Sixti V. Papæ diplomata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Duce
tanus
versus
z Ce-
rmino
d ca-
pem,
s, iis
s Ita-
cele-
Sixti
m fa-
cele-
spore
sillet,
eritas
dina-
ntif-
plu-
oten-
s ve-
signa-
a ob-
n fa-
Regi-
n, &
apud
s sibi
lega-
t, ut
Bria-
Ba-
lius,

stidius, qui locum præsidio tenebat, in Sæcul. XVI
eum impetu facto ultimum agmen ag-
gressus, impedimentorum partem suf-
furaretur, ipseque a fœderatis compre-
henderetur, initio male habitus, eo-
quod parricidio Guisianorum fratrum
interfuisse crederetur, donec ad Nemoro-
sii Ducis, qui ipsum minime cædi par-
ticipasse affirmabat, commendationem
pretio perfoluto periculo ereptus esset,
tandem vero iter suum per Campaniam
valido præsidio munitus prosequebatur,
incolumis in Lotharingiam delatus.

A.C.1590.

§. LII.

Varia Sixti V. Papæ diplomata.

Hoc item anno Sixtus V. Pontifex di- *Bull. Conf.*
versa edidit diplomata, quorum ^{100.} & seq.
primo die vigesima prima Januarii de- *p. 731.*
cernebatur *Jurisdictio, & facultates The-*
saurarii Generalis Romani Pontificis, &
Collectoris spoliorum ad Reverendissimam Ca-
meram Apostolicam quoquo modo spektan-
tium.

II. Diplomate die decima octava Fe-
bruarii edito aquæ ad urbem conductæ
ratio, & cura demandata fuit *Congre-*
gationi sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
lium institutæ ad Aquas, Vias, Pontes-
que curandos.

Tertia Constitutione die quarta Mar-
tii actum est de jurisdictione *sacræ Ro-*
manæ

Sæcul. XVI. manœ Ecclesiæ Cardinalis Archipresbytin
A.C. 1590. Ecclesiæ S. Petri de urbe, qui causas, tan-
diam Ecclesiam, ejusque personas, quan-
ejusdem fabricam quomodolibet concernentia
cognosceret.

In quarto decreto die undecima Maii
summus Pontifex Equitibus Ordinis san-
cti Stephani in Etruria concessit privile-
gium, vi cuius etiam bigami, & absque habi-
tu clericali incedentes, annuas pensiones ex
bonis Ecclesiasticis valorem ducentorum da-
catorum non excedentes retinere, & trans-
ferre possint.

Denique die secunda Junii per quin-
tum diploma actum est de institutione
Præpositi, Sacristæ, Capellanorum, Cleri-
corum, & Ostiarii, ad scalas sanctas
prope Basilicam S. Joannis Laterane-
sis de Urbe.

§. LIII.
*Papa insuperhabita adversa valetudi-
ne Ecclesiæ negotiis insudans.*

Quarto demum Mense, priusquam
Papa e vivis excederet, capitis
dolore laborare cæperat; cum vero id
non nisi ex nimia assiduitate, qua nego-
tiis publicis vacabat, accidisse existi-
maret, quadam die signandis literis A-
postolicis intentus diu de mali sui con-
ditione, necnon corporis sui habitudi-
ne, ac vivendi methodo fusius differe-
bat,